



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem

Scardeone, Bernardino

Venetiis, 1542

Contra luxoriosus conuiuiorum, & epularem apparatus cap. ii

urn:nbn:de:hbz:466:1-30433

DE MALE PROFITEN. RELIGIO.

Cōtta lufuriosos cōuiuiorū, et epulaz apparatus. Ca. II.

Hic allatrabit credo mihi tota manus delicatorū, qui quum in cæteris rebus ubiq; negligentissime sese habeant, in parādis tñ cibis, & cōficiendis edulibus, tantopere intendunt animos, ut usq; ad superstitionem desipiant: dum noua genera condimentorum quotidie machinantur, quibus rursū extincta orexis & edendi aueritas excitetur. Hinc acria dulcibus acida lenibus, amara suauibus magno studio, & admirabili arte commiscent, atq; in his uarias quæstiones, uaria consilia sedulo conferunt, & subtiliter ac diu, uti de re ualde seria, inter se ratiocinando loquuntur. Adhibenturq; in eiusmodi consultationibus expertissimi, itidemq; ueracissimi quædam lurcones, qui ex in re præsent, & sciant præterea nihil. Hinc etiam euenit, ut hi multo frequentius, ac studiosius, longeque accuratius Apitium, & Platinam de re coquinaria, quæ uel Ambrosium, uel Augustinum, uel cæteros doctores de Christiana pietate tractantes euoluant. Quia etiam ad ea studia tanta sollicitudine sese præparant, & tam accurate in ea re obseruāt minutissima quæq; ut facile sit cōiectare suum cuiq; istorum Genium esse pro Deo: iuxta illud scitum uerbum Pauli dicētis. Quorum Deus uenter est. Diuis siquidem solent, templa construi, aræ erigi, sacraria poni, adhiberi ad cultum idonei ministri, immolari uictimæ, thura incendi: quæ sane omnia religiose, & maxima cum impensa exhibentur ab his uentri, ac Genio: cui efficacius plane sese conecrarunt, quàm Deo: uocem illam Epicuri pro sanctissimo oraculo & ore, & animo semp retinētes. Indulge Genio: Carpamus dulcia: nostrū ē quod uiuimus. Et illud similiter Sardanapali elogiū, quod sibi moriēs cōdidit. Ede, bibe, lude, & quū te mortalē noris præsentibus exple delitiis animū, post mortē nulla uoluptas. Hic in ea re quanta sit religio (quū sint alioquin sine ulla religione) quæso audias. Sacrarūt ipsi quædē suo illi Genio, quæ sane sibi cōstituerūt: pro Deo, popinā optime instructā pro templo: macellū pro sacrario: cellarios pincernas

Phil. 3.

dulciarios & coquos adhibuerūt p̄ sacerdotibus, et mīnī
 stris: nidores uero affor̄, atq; odores aromatū, et oīs ge
 neris unguetor̄ p̄ thure, p̄ dices at̄, turdos, coturnices, pa
 uones, uitulos, hādos, lepores, apros, et oēs, feras syluaḡ
 et omnia pecora cāpi, et uniuersa uolatilia, atq; altilia pē
 nata p̄ hostiis: rūbos uero lupos, ostreas, murenas, carpio
 nes, et oē genus pisciū, et cōchar̄, quæ mouētur in aq̄s,
 et oē op̄ lactiaḡ dulciariūq; p̄ uictimis, et præcipuis ho
 locaustis. Interea ne q̄s sensus corporis à tali cultu deuū
 et, atq; minus sit eiusmodi sacris intētus: ut palatū saporib̄
 bus, sic aures sonis, et scurrilitatibus, oculos signis, et spe
 ctaculis, nares odoribus, et unguentis oblectāt. Vide mō
 quāta religione, quāto cultu isti ipsi q̄ sine religione esse
 credūtur, Genio, et uētri litāt: ita ut tanq̄ spurcissimi he
 luones nulli gl̄oriæ, aut laudi, sed ab domini et gulæ tā
 tū nati eē uideātur. Iure ergo, q̄ sic uiuūt, quocūq; illi no
 mine censeātur, nō ministre Christi, ne pastores ecclesiæ
 sed de pastores, et Genii flamines, uel martis salii potius.
 Sunt dicendi, eo q̄ saliaribus cœnis: et amplissimo appa
 ratu cōuiuor̄, et epulaḡ op̄pare, et laute, at̄quo Salior̄
 more fruātur. O miseris ultra oēs, et admodū infelices
 hoies, q̄ nō uidēt, q̄ta sibi apporet mala hæc crapula, et
 hæc nimia, et nimis lauta saturitas: neq; cōsiderant quos
 morbos, q̄s ve mortes, et quos eēt post mortē carceres p̄
 paret tāta et tā diuersa copia ciboꝝ. Homini (ingt Plinio
 us) cibus est utilissime simplex, at̄ aceruatio sapor̄ pestis
 fera, et cōdimēta p̄niciosa. Sed de corpore hæc dicūtur
 à Plinio: at̄ de p̄nicie aīæ multo formi dabiliora dicūtur
 in euāgelio à Christo, ubi delitiosus ille diues in p̄petua
 flāma post tot delicias cremari p̄hibetur, eo q̄ epulaba
 tur quotidie splēdide, et bona recepat in uita sua. At qd̄
 factū quātis possum uisib̄ hortor delitiosos oēs attēde
 re, ne et ipsi ueniāt ad ea loca tormētōꝝ ubi qui ditissī
 mus quōdā fuerat, quū sūmo fitis ardore adhuc flagret,
 nequæ quidē guttā ad refrigerandā linguam hætenus à
 quoq; potuit impetrare.

Luc. 17.